

Euz. crothioides

Modecki Perz. nibellus gravatorius





XVIII.3.957

F-24.864

## LIBELLUS GRAVATORIALIS

Ex Parte

## CASIMIRI MŁODECKI

*Accusantis, per accusatum Homicidam  
de Patricidio provocati, dein revocati,  
contra Sententiam Judicij Terrestris  
Sandomiriensis*

## E X H I B I T U S.

**C**ASIMIRUS MŁODECKI olim Stanislaus Młodecki crudeliter interempti Filius, Ignatium Brzostowski Homicidam cura ac solicitudine sua captivans, arrestans, necem, Patris sui in Judicio Terrestri Sandomiriensi more practicato, per processum accusatorium vindicans, ad complicitatem Patricidii, ex odio & malitia per accusatum provocatus, deum per plenè convictum reconciliatum Homicidam, publicè coram Testibus verbottenis & scriptotestis revocatus, tamen per Sententiam Judicij Terrestris Sandomiriensis, ex capite Ejusmodi Complicitatis Patricidii, ad passim Sessionis Turris inferioris, per spatum unius Anni, & sex Septimanarum continuandam, tum solutionem . . . . Florenorum Polonicalium, non præhabitus alis complicitatis hujus proximis Indiciis condemnatus, causam suæ Famæ, ac bñz existimationis, in via admissæ, & prosecutæ ad Tribunal Apellationis vindicando, innocentiam porro, ac Immunitatem suam deducendo, sequentia contra eandem sententiam infert GRAVINA. ex merito tali.

IN ARNO 1792 die 25. Junii in Villa Zwola, noctu. Stanislaus Młodecki per inflista in Capite, Securi tria letalia Vulnera, vita privatur, ut docet Visum repertum Hyrurgi Litt. A.

A.

Casimirus Młodecki Filius Apellans, eo tempore in Czajcze existens, postquam de patrato Homicidio notitiam sumpserit, & ex proximis Indiciis, seu securi sanguine obluta, experta, tanquam Corpore delisti patuerit, illud Homicidium per Ignatium Brzostowski patratum fuisse, adhibitis mediis, Homicidam curat captivari, captivatum arrestari, ac ex personali comparitione contra Eundem Homicidam coram Actis Territoribus Sandomiriensibus, die 30. Julii Eodem Annō, elapsis octo post patratam necem diebus, circa oblatuationem visi reperti, de patrato Homicidio querulari, ut Litt. B.

A

Post-

INSTYTUT  
BADAŃ LITERACKICH PAN  
BIBLIOTEKA  
00-330 Warszawa, ul. Nowy Świat 77  
Tel. 26-68-63

Postquam Judicium Terrestre Sandomiriense  
Judicia sua inhoavit, die *sta* Julii Eodem Anno,  
*Casimirus Młodecki* contra *Eudem Brzostowski* Ho-  
miciadam, jam in Arresto degentem, pro sumendis  
Criminalibus Pænis, ex *Termino Tafto* accusa-  
torum intulit Processum, Litt. C.

C.

D.

E.

Ex tali accusatorio Procesu Judicium Terre-  
stre Sandomiriense die *sta* Julii Eodem Annō ex  
constituto Homicida, ad eruenda libera confessata  
accessit, ut Sententia Litt. D. Pag. *1ma*, Constitutus,  
necem patratam fatetur, consequenter ex propria  
Oris Confessione plenē convictus, provocat *Casi-*  
*mirus Młodecki*, quod ad hanc exequendam necem,  
instinctu Ejus compulsus fuerat, idepositis taliter  
liberis Confessatis, recolligitur Homicida, qui nem-  
pe die *9.* Julii Eodem Annō, in Arresto coram  
adstantibus Nobilibus, fide dignis Testibus, videli-  
cet *Antonio Junosza*, *Piotrowski*, *Feliciano de Za-*  
*borse Zaborowski & Thoma Zukowski*. Provocationem  
contra *Casimirum Młodecki* factam, de Complici-  
tate Patricidii, non solum verbotenū revocat,  
sed hanc revocationem propria manu scribit, &  
in præsentia dictorum Testium subscritbit, ut Litt E.

Interveniente tali Revocatione, ad Illationem  
*Casimiri Młodecki*; & affectionem Homicidæ, Ea-  
dem die reconstituitur Homicida, pro deponendis  
iteratis liberis Confessatis, docet Pag. *2da*. Ejusdem  
Sententiæ, & verba subducta, In his Confessatis,  
reconstitutis dicit Judex a quo Pag. *9na*. Ejusdem  
Sententiæ; quod *Casimirus Młodecki* Revocationem  
scriptam, per Subordinatas Personas procurave-  
rit, Homicida autem reconstitutus, coram Judi-  
ce, Provocationi factæ constanter inhæreat.

Subversante tali Circumstantia, Officii Judicis  
a quo fuerat, Revocationem in Præsentia fide  
dignorum Testium Nobilium factam, scriptam,  
& subscriptam, ex Testibus, fide dignis indubi-  
tatis, ullave suspicione parentibus, de Circumstan-  
tiis Scriptæ per Homicidam Revocationis; utrum  
hæc per *Casimirum Młodecki* procurata, vel verò  
per Homicidam ex libero voluntatis Ejus Actu  
facta sit, inquirere; Hunc singularissimum ad eru-  
endam Rei veritatem Passum, Judex a quo præ-  
termisit, ergo Judex a quo absque ulla deducta  
proba, Circumstantiam hanc, quod revocatio per  
Subordinatas Personas Procurata sit, pro vera sum-  
psit, etenim inculpatus reconstitutus, inquantum  
procuratum esse recognoverit huic qua tali, nul-  
lam fidem in Judicio merenti, credendum non  
fuit, hunc prætermittendo, cum apparuerit, quod  
Provocans Homicida, ore variat, Provocationi  
quoque

quoquè simplici, nulla alia Complicitatis Patri-  
cidii proxima Jndicia adferat, non debuerat Ju-  
dex à quo, contra Casimirum Młodecki provocatum,  
nunc appellantem Criminalem reassumere  
Processum, Hoe enim admisso tale sequeretur  
absurdum, quod in quantum ab aliquo Crimina-  
lista, Judex Inculpatum inquirens, & Eundem  
condemnans, ad Complicitatem delicti provocare-  
tur, contra Judicem provocatum, Judicium Cri-  
minale dari deberet; sed cum hoc ex omnibus  
Juris Criminalis Principiis non admittitur, etiam  
contra Accusantem admitti nequibat —

Contra Omnia Juris Principia Judex à quo,  
accusatorium Criminalem contra Casimirum Młodecki  
admisit Processum, & Eundem inchoandum  
Feliciano Kulinički Instigatori suo prædisposuit,  
ut Pag. 2. Sententiae, & post inchoatum talem  
Criminalem Processum, Casimirum Młodecki Ac-  
cusantem simplicissime provocatum, pro depo-  
nendis Liberis Confessatis constitui fecit, ut Pag.  
3tia. & verba subducta Sententiae —

Constitutus Casimirus Młodecki, subivit hanc  
Criminalem Inquisitionem, qua innocens, immu-  
nis, ab omni macula alienus, Vir bonæ famæ,  
non notatus, per omnes Circumstantias Provoca-  
tionis inquisitus, Provocatum hoc Patricidii Cri-  
men negavit, ac taliter, suam Innocentiam plenè  
probavit: Tali præhabita Probatione, Officii Ju-  
dicis à quo fuit, confrontatis per Provocantem &  
Provocatum depositis, Casimirum Młodecki Ap-  
pellantem, Innocentiam suam plenè probantem  
pro Immuni, & Innocente declarare ex motivis.

- (a) Quia simplex Provocatio accusati contra ac-  
cusantem ex regula Juris Criminalis non ad-  
mittitur, quin alia & hæc proxima Com-  
plicitatis Jndicia adessent; ideo —
- (b) Quia talis Provocatio, contra Accusantem  
ex odio & malitia fiat, tum.
- (c) Quod Homicida, per propriam Oris confessio-  
nem, de Delicto Criminali convictus, in Ju-  
dicio nullam fidem habet; ac denique —
- (d) Quod Homicida provocans, Revocans, de-  
sum Provocationi inhærens, tanquam in ore  
varians, minimè audiri debuerat, Cæterum.
- (e) Quod nulla proxima Complicitatis Jndicia  
adsint —

Loco Ejusmodi quo ad probatam Innocen-  
tiam ferendæ Sententiæ, Judex à quo ad Paſsum  
hunc provocatæ Complicitatis, plus quam plenè

reprobatum, Probationem Ordinariam per Testes, ex omnis Juris regula inopportunam, super Obje<sup>c</sup>to Litis nullo Instigatori *Kuliniski* inchoandam injunxit, ut Pag. 13. Sententiae; ab hac injunctae Probationis per Testes Sententia, *Casimirus Młodecki* Appellationem insinuavit, ut docet Psg. 4. Ejusdem Sententiae & verba subdusta. — Judex à tali licet interlocutoria, sed Causæ Principali Nociva Sententia, omnino Appellationem admittere debuit, tamen Eandem non adinivit, & ad audiendos Testes accessit, ex quo apparet, tales Inquisitiones esse nullas. —

(a) Quia super facto plenè reprobato, ac taliter super objecto litis nullo concessæ, & expeditæ sunt. —

(b) Quia ex Sententia interlocutoria, sed Causæ principali Nociva, & Appellata, stante Appellatione expeditæ habentur. —

(c) Quia incorruptio Testium, ab Homicida, per liberam Ejus Confessionem in Delicto Criminali convicto, juxta Leges Civiles in Judicio locum standi non habente Juratoriæ recepta, ut Pag. 4ta Sententiae. —

Post eductas quoquè tam quo ad Patratum Homicidium oportunè, quam quo ad provocatum Patricidium in oportunè Inquisitiones, *Ignatium Brzostowski* Homicidiam, *ex proprio Oris confessione*, & Inquisitionibus plenè convictum, Capite plestendum declaravit, ac pro subeunda hac Pæna Criminali pro executione ad Magistratum Sandomiriensem Inculpatum remisit, ut docet Sententia à Pag. 5ta usque ad 7mam. Qui ibidem Pænam Capitis subivit. —

Jam verò *Casimirum Młodeckiem* Appellantem, ad Pænam Sessionis Turris, & solvendam Pæcuniā supra expositam, ex motivis decidendi in In Sententia insertis, condemnavit; Quæ sequentia sunt, —

1<sup>mum</sup> Judicis à quo motivum est, — quod *Casimirus Młodecki*, die Sancti Adalberti Annō 1792. ex Kowalkowice, ad Czaiczycę, noctu cum *Brzostowski* revertebatur, —

2<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est. — quod Crucem se habere non recognoscentem, Testes apud Eundem viderant, —

3<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est; — quod Pulvis, Sulphur, & Candella, ad manus *Brzostowski* tradebatur, pro curanda pede dolentis Equi, —

4<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est, — quod *Brzostowski*

ski in Cubiculo semotè cum Casimiro Młodecki colloquebatur, & secum per Campos ambulabat.==

5<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est, quod ante Festum Sancti Joannis die Mercurii, discedendo Sandomiriam Casimirus Młodecki cum Brzostowski sese viderant.==

6<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est, quod Casimirus Młodecki die Dominico, idest Festo Sancti Joannis, postquam Sandomiria ad Czajczyce reversus fuerit, post meridiem ad Skoszyn discesserat.==

7<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est, quod Casimirus Młodecki ex Skoszyn ad Czajczyce noctu regrescus, Ignatium Brzostowski præsentem non reperuit, & postquam idem advenerat, Eundem exprobraverat, declarando amissionem Servitii.

8<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est == Quod altera die nempe die Lunæ Eundem ad se vocando, Eidem Administrationem Laboris Rei Æconomicæ commisit.

9<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est, quod Brzostowski ante aliquod Septimanas, ante Festum Sancti Joannis hæc verba propalabat, {quod in quantum ante Festum Sancti Joannis aut post Festum S. Joannis hoc negotium fiet, felix ero, Pecuniā & Possessionem habebo, Casimirus autem Młodecki erit Dominus Bonorum, Eego Æconomus.==

10<sup>m</sup> Judicis à quo motivum est, quod Casimirus Młodecki verba illicita stante Vita Patris, contra Reverentiam ac Personam Ejus propalaverat.==

Ad hæc itaque motiva Sequentibus responditur.==  
Ad 1<sup>m</sup> Motivum hoc nec liberam voluntatem, nec malum propositum, committendi Patricidii, seu ad id exequendum præstitum Consilium, deducit, etenim regressum hunc ad Czajczyce noctu potuit facere ideo, ut pro altera die ad Labores convenientes, Rei Æconomicæ inchoandæ, consulere possit.==

Ad 2<sup>m</sup> Motivum hoc pariter, ea non evincit, negavit enim Appellans se eodem tempore Crucem penes se habere, quo tempore Homicida Brzostowski intulit malitiosè, ab Eodem Juramentum super secretum receptum esse, sed ubi? cur? & quando? Crux hæc apud Apellantem videbatur: ex Inquisitionibus non constat, & ut Brzostowski Juramentum quale & quando deponeret planè non eruitur.

A 3

Ad

Ad 3<sup>m</sup> Motivum hoc per Depositiones Testium explanatum, ad objectam Complicitatem Patricidii, non quadrat, eo minus cum ex iisdem Inquisitionibus deductum non sit, quando, & a quo Pulvis, Sulphur, & Candela, ad manus Brzostowski tradebatur.—

Ad 4<sup>m</sup> Motivum hoc in generali de Colloquio dicens, ssvationem, seu præstitum Consilium, ad exequendum Patricidium non evincit, cum Circumstantialiter non probatur, ut Casimirus Młodecki Ignatio Brzostowski ad id agendum Consilium, aut Informationem præstiterit, eo minus, cum ex Depositione Testium compertum non fuit, quid, cur, quomodo & quando, secum colloquebantur. Millenæ autem necessitates in Rebus Domesticis, Economicis, & Politicis, cum Dispositore privatum & semotum exigunt Colloquium, Pari Ratione ambulatio per Campos Domini cum Dispositore, restringitur.

Ad 5<sup>m</sup> Motivum hoc in generali dicens, ad speciale Circumstantiam provocati Patricidii, attrahi minimè valet, ac ideo in specialitate nihil explanans, nullum fermè est, tantonus, cum Dominus discendo Sandomiriam, deserendoq; Domum suam, Dispositori suo Brzostowski Curam, ac Solicitudinem Domus commendare potuit.—

Ad 6<sup>m</sup> Post regresum suum die Dominico Sandomira ad Czajeczyce, post meridiem ad Skoszyn ideo discedere potuit, ut ibidem sequenti die Lunæ Rei Economicæ peragendæ, ea quæ disponenda, habuit, prædisponat.—

Ad 7<sup>m</sup> Ex Skoszyn ad Czajeczyce eadem die noctu, ideo reverti debuit, ut etiam ibidem ex die Dominico in Diem Lunæ rebus Economicis consulere possit, Ignatum Brzostowski Dispositorem suum Domi non reperit, cui in rebus Economicis committenda habuit, post quam verò Brzostowski advenerit, & eundem inebriatum depræhenderit, justum motivum qua Dominus Famulo suo exprobrandi habuit, quod Domum Domini deseruerit, & se inebriaverit, declarando illum à Servitio amoturum. — Patet euim ex Inquisitionibus contra Homicidam eductis, seu motivis Judicati Pag. 6ta Sententiae. & verbis subductis eodem die Festo S. Joannis in Civitate Wasniów Brzostowski Homicida, absente

te Domino, tota die inebriabatur, & vespere ad Czałczyce venit: Sed quare Judex à quo Rationem exprobationis per Dominum Fāmulo factæ, clarè Inquisitionibus explana-tam, in motivis Judicati prætermiserit, & subtaguerit. = Hoc quoque ipso vespere Brzo-stowski inebriatus, à Casimiro Młodecki Do-mino exprobatus, ad Villam Zwola sese contulit, & ibidem in Persona Stanislai Młodecki Homiçidium comisit.

Ad 8<sup>m</sup> Casimirus Młodecki die Lunæ, de mane, adhuc de patrato homicidio inscius, alium Dispositorem non habens inchoatorum Laborum Æconomicorum attentionem, Ignatio Brzostowski- committens, de Complicitate Patrici-dii haud redarguitur.

Ad 9<sup>m</sup> Motivum hoc Propalationis alicujus nego-tii infieri, & in generali Termīno per Brzo-stowski dictum, ad Specialem Circumstantiam provocatæ Complicitatis Patricidii attrahi ne-quit, cum aliundè Casimirus Młodecki; qua Stanislai Młodecki Filius, & directus Successor, Bonorum post Patrem devolvendorum, semper Dominus. =

Ad 10<sup>m</sup> Motivum hoc nec in Spetiem Complici-tatis Patricidii involvit, cum aliundè Circumi-stantia ejus, qualia verba, ubi, quomodo, & quando per Filium dicta sunt, clarè non eruantur, & si inquantum eruerentur, tunc sola Irreverentia Patris imputari posse, quam Pater stante vita sua contra Filium, non in-cusavit, & demum Irreverentia Patris, à Pa-tricidio longè distinta est. =

**E**x his refutatis motivis, cum nulla in Apellan-tem de provocato Patricidio cadebat Convi-nio, Officii Judicis à quo, fuerat, Provoca-cantem Brzostowski, ad Confrontationem Con-stitutorum, & Inquisitionum, tertia vice re-constitui, Judex à quo, loco tertiae homicidæ reconstitutionis, inculpatum exequi, Pæna Mortis, prædisposuit, & Apellantι non con-victi, & fermè immuni, ac innocentii, ma-tulam Patricidii, ex sola imaginatione, aut potius ex privato odio, impingere curavit.

**U**tique Complicitas ex Jure, eo tunc Reum Cri-minis reddit, quando hæc ex libera volun-tate, & mala intentione, seu proposito, dolo alicui instio, Damnum inferendi, vel lucrum capiendi, per Mandatum, Consilium, collaudationem, informationem, & auxilium

exequitur. Hæc quoquè omnia, ut supra dictum est. Judex à quo, probata non habuit. ==

Eo minus ad hanc Criminalem proferendam Sententiam, Judex à quo compelli valuit, cum huic Sequentia Motiva alleviantia acceperant.

(a) Quod Casimirus Młodecki Appellans, de vita, moribus, ac moralitate sua sufficientissima Specimina Parenti suo stante vita Ejus præstiterit, cum ab Eodem Parente, in 1785. Donatione super Sortes Bonorum Kunin, Wetsnow & Sarnia Zwola, tum Cessione Summæ 40<sup>m</sup> Flor. Poll. atque altera Cessione Summæ 2425 Flor. Pol. 16. gr. Pol. beneficiatus fuerit, ut patet ex Istrumentis sub Litt. F. G. H.

(b) Quod contra mores, ac moralitatem Appellantis, ante patratum Homicidium, nihil contrarium opponebatur, nihilquè ex Inquisitionibus contra ipsius mores de vita prodigali, aut inhonesta erutum habetur. ==

(c) Quod Appellans, ad honestam ducendam vitam, à Parente gratiosissime & sufficientissime beneficiatus, necessitate alicujus lucri, contra vitam Patris compelli nequiebat, eum ultra hæc ex amore innato natura Filii abhorrebat, & abherret. ==

(d) Quia Homicida Brzostowski instinctu aut svasione Tertii, ad patrandum Homicidium non indigebat, nam tale exequendum in Persona Stanislai Młodeckiego, ante aliquod Annos malitiosè proposuit, patet enim ex Inquisitionibus contra eundem eductis, seu motivis decidendi Sententiæ Pag. 5ta quod Idem Brzostowski apud interemptum Stanislaum Młodeckiego, ante tres Annos servitium pro Dispositore, in Villa Skoszyn suscepit, & tale servitium per duos Annos continuavit, plagis castigatus deservitam mercedem non recipiens ab Eodem alienatus, absque servitio in Villa Zwola, apud Subditum Adalbertum Goszyński habitans, contra Anteactum suum Dominum Stanislaum Młodeckiego, pro non præstita sibi deservita mercede & facta castigatione Animum nocendi declaravit, Appellans quoquè de tali proposito modo primum ex Inquisitionibus eruto inscius, Eundem Brzostowski in Anno 1791. ad Servitia Rei Economicæ in Czajeczyce ex recommendatione Parentis suscepit. ==

(e) Quod Casimirus Młodecki, tribus ante patratum necem

F. G. H.

neem diebus, ut ex Inquisitionibus erat  
est, Domi suæ non fuit, sed Sandomiria  
morabatur, & modo primum die Dominicæ  
ad Czajczyce vespere regresus, nullum aliud  
eum Homicida habuerat Colloquium, quan  
do Eundem Domi non reperuit, & Eundem  
Inebriatum depræhenderit, nisi Colloquium  
mali servitii desertionis Domus, & Inebrietatis  
publicæ Eodem vespere factum, ut Pag. 8.  
Sententiae & Verba Subducta. =

(f) Quod Casimirus Młodecki, qua Vindex necis,  
Inculpatum captivari, Captivatum arestari,  
arestatum custodiri, Judicio tradi, ac Eundem  
accusari faciens, neutiquam de Crimine Com  
plicitatis Patricidii redargui valuit, naturale  
enim est, nam si ille Criminis hujus Reum  
se esse senserit, ne ad illud patratum pro  
vocaretur, permisisset Inculpato & Actuali  
Homicidæ jam Captivato, in Ejus potestate  
existenti, se fuga salvare, sed cum omnes  
actus contrarios posuit, Judex a quo, de In  
nocentia Ejus vacillare neutiquam debuit =  
Haec itaque sunt, quæ plus quam plenè deduc  
cunt, quod Judex a quo, absque omni pro  
ba provocati Patricidii, Appellant Crimen  
illud imputavit, & Sententiam cum apper  
ta Injustitia, vim Legibus inferendo: pro  
tulit, Appellantem in Intaminato, honore,  
fama, ac bona existimatione enormiter læ  
git. = Ab hac fatali Sententia, Casimirus Mło  
decki, Appellationem ad Tribunal Insinuavit,  
Judex a quo, Eandem admisit, prosequen  
do quoque admissam Appellationem, more eo  
tunc vigente, contra hanc Sententiam, &  
Judicem gravantem, binas Manifestationes co  
ram Actis Sandomiriensibus proprii Territorii  
intulit, ut Litt. J. & K.

Tandem interveniente Moschovitico cum Polonis  
Bello, silentibusque Ordinariis Jurisdictioni  
bus, postquam Confederatio generalis, qua  
Jurisdic̄io Universalis in Grodno constituta  
extiterit, Appelans vindicando Honorem su  
um, se ad eandem convertit, & deductis In  
nocentiae suæ sufficientissimis Probris, medio  
Sanciti Ejusdem Confederationis Sententia Ju  
dicii Terrestris Sandomiriensis de integro le  
vatur, = Appelans à rigore Pœnæ Personæ  
lis, & Crumenalis liberatur, ad pristinum Ho  
noris sui gradum restituitur, Eliminatio hu  
juscæ Sententiae cum toto Processu injungitur,


L.

Inquisitiones, & Constituta comburi decernuntur, ut Litt. L. & reabse, in consequentiam hujus Sanciti Inquisitiones, cum Constitutionis combustæ. —

M.

Postquam verò sub Vinculo Confederationis, Comitia in Grodno vocata manserint, ad Instaniam Instigatoris Kuliniiski, Sancitum Confederationis supra provocatum annulatur, Causa ad Gradum hunc in quo post Sententiam Judicij Terrestris Sandomiriensis faciat, restituitur, & disjudicatio Ejus Tribunalij ante omnes Causas, ex Registro directi Mandati, committitur, ut M. Sed Interveniente Revolutione, adusque indecisa extitit. —

Hujus itaque decisionem ab EXCELO & APPELLATIONUM Tribunalij expectando, fundate concludit, ut attentis supra expositis Innocentie suæ deductis Probris, in conformitate Sanciti Confederationis generalis in Grodno Sententia Judicij Terrestris Sandomiriensis de integro levetur, Appellans à rigore Pænæ Personalis, Crumenaliquæ liberetur, qua Innocens & Immunis declaratus, ad pristinum honoris sui Gradum & intaminatam famam restituatur, Eliminatio quoque mox dictæ Sententiae, cum toto Procelsu decernatur. hoc petit. —



Młodzież broniła cment w Grodnie  
1843 r. w Radomiu przejęte nagły, bo  
pro 3<sup>h</sup> dniach chrzty.

Tak Sandomierzu znow plakatki  
i polipit ze obwinieniem o  
zbrodnię - przypkt konfederacyjny  
Targowiska i zwrotka go, bo  
konfederacyja ta jest zatrzymana  
pro wiązanie czynów zbrojnych  
młodzieży tych. i offensywy -  
Biorąc nie co zni powód.

wilany miedzi albo tylk R. Albowy  
oraz tali' doborz i plakatki  
i kotaż zysk - pionek i dżawu-

żnany zbrodnicy ov expert -  
współzysk zysk otwarty, banku otwarty.

czyt zysk otwarty moj byt z nagrodą  
zbrodni, i taki zysk moj byt maledy  
ala miedzi pokolenia - katorz ktorzy by

lyk zbrodnicy skończą czerwioną  
opinię! - moj byt kong alle dobrobyt  
zby miedzi zbrodni, na jakie fi tame  
przewiązły. —

Bore żmityj syj nad nami.

INSTYTUT  
BADAŃ LITERACKICH PAN  
BIBLIOTEKA  
00-330 Warszawa, ul. Nowy Świat  
Tel. 28-58-49



F-24861

XVIII 3.954



BIBLIOTEKA IBL

XVIII.3.957